[illegible]
fusione noe famulo tuo p os columbe gestantis ramu olive pace
m tris redditam nunciasti te supplices precamur ut hanc creaturam
flor atq frondium seu ramos palmar seu frondes arbor quas
ante conspectum glorie tue offerimus veritas tua sanctificet ut devotus
populus in [illegible] benediccionis tue gratiam consequi
Deus cuius filius p salute generis | mereatur. p x. Oremus.
humani de celo descendit ad terras et appropinquante hora
passionis sue ierosolimam in asino sedens venire et a turbis rex
appellari et laudari voluit auge fidem in te sperancium et supplicum
preces exaudi: veniat quesumus domine sup nos misericordia tua: et hos pal
marum cedrorum q arborum ramos bene✠dicere et sancti✠ficare digne
ris. ut omnes qui eos laturi sunt benediccionis tue dono reple
antur. concede quesumus ut sicut hebreorum pueri osanna in excelsis pro
clamantes eidem filio tuo domino nostro ihesu christo cum ramis palmarum
occurrerunt. nos itaq ramos gestantes cum bonis operibus occur
ramus obviam christo et perveniamus ad gaudium sempiternum. P x.
Deus qui dispersa congregas et congregata conservas qui
populis christo ihesu ramos palmarum portantibus ceterarumq
arborum benedixisti. bene✠dicere digneris etiam et hos ramos
palmarum cedrorumq arborum quos tui famuli ad nominis tui bene
diccionem fideliter suscipiunt: ut in quemcumq locum introducti fuerint
tuam benediccionem habitatores illius loci omnes consequantur ut omni
adversa valitudine effugata dextera tua protegat quos redemit.